



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Joannes Damascenus. 6. Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

6. Maii. VITÆ SANCTORUM. 293
hanc prodigalitem conspicuus, & ite-
rum ditavit illis verbis: *Omnia mea tua
sunt, & tua mea.* Enimverò tam opulen-
tam se ubi circumspexit J U T T A, effusior
etiam dehinc vixit. Neque tamen redigi
ad incitas potuit liberalis dextera. Iterum
Christus illi visus potestatem fecit ex di-
vite cordis sui arario quas luberet opes
depromendi. Illa Sapientiæ sanctioris
thesauros deprompsit, ut jam sine alio
Doctore arcana fidei calleret, & in ipsa
adita sanctissimæ Triadis mulier se pene-
traret. Nimirum neque jam supremum
ægram à Christo ad notas delicias invita-
tam miror, neque dubito animum mem-
bris solutum rectâ in cælos abiisse, cum
versus hos in aërem abiisse inter preces,
etiam cum corporis pondere legam. *Ex
Bzov. tom. 13. Ann. Eccl.*

*Suscipiat fidelis anima Auctoris sui at-
que Rectoris immarcescibilem charitatem
totamque se ejus subjiciat voluntati, in cu-
jus operibus atque judiciis nihil vacat à ve-
ritate Justitiæ, nihil à miseratione Clemen-
tiæ. S. Leo ferm. de Jejun.*

S. JOANNES DAMASCENUS.
6. Maii.

ETiam hic JOANNES, cui à patriâ D A-
MASCENO nomen fecit, inter Vir-
ginis cultores in paucis est numerandus.
Cum enim Sarracenorum Duci à confi-
lius

294 VITÆ SANCTORUM. 6. Maii.
liis esset, calamus interim in Leonem sa-
crarum imaginum hostem strinxit, pul-
chrum existimans, pro *Matris* capite ma-
num suam objicere. Nam cum literas
commentus impius esset Imperator ve-
lut ab ipso JOANNE scriptas, quibus
Damascum prodere cogitaret, easque
Sarraceno transmisisset, dextram hic
scilicet detruncavit innocenti. Sed pre-
canti & ante icona *Deiparae* familiarius
querenti, quod ad pugnandum pro ipsius
& Filii honore inermis jam esset, ecce ti-
bi auxiliatricem manum *Virgo* porri-
gens, dextram integerrimam restituit,
relictâ solum in miraculi vestigium li-
neâ rubente, quam rectius armillam nos
dicemus. Huic JOANNES sapientia san-
ctioris rudimenta inter Anachoretas dis-
cere aggressus, magnos brevi progressus
fecit. Fiscellas enim in patria jussus ven-
dere, risui scilicet fuit, qui nuper om-
nium admirationi erat. Jam sordes om-
nes cœnobio illa, illa non tam suâ quàm
Virginis manu jussus purgare, non dubi-
tavit imperio obsequi. Quare manum
ram nobili victoriâ splendidam calamo
denuò ipsa cœli Imperatrix *Maria* ar-
mavit, scripsitque illa quæ hodieque
orbis omnis miratur. Sed nimirum quæ
reddidit, etiam rexit dexteram. *Ex Io.
Patri Hier.*

*Nostram memoriam repositorium Dei-
para faciamus. Hoc verò quomodo erit?*
Ea

7. Maii. VITÆ SANCTORUM. 295
Ea fuit *Virgo*, & *amatrix Virginum*: Si
ergo cum corpore mentemque castam ha-
buerimus, inhabitantem ejus gratiam pos-
sdebimus. S. Io. Damasc. serm. de Ass.
B. M. V.

S. FLAVIA DOMITILLA V. & M.
7. Maii.

A Dornabat in centesimum *Christi*
annum FLAVIA Aurelio despon-
sa nuptias, & ad nuptias sese imprimis:
cum Nereus & Archilleus, qui à cubicu-
lis illi erant, sollicitam moverunt, ut eam
in comendo curam cælo impenderet, i-
ta fore, uti sponsum *Christum* nancisce-
retur. Audiit illa tam salubria monen-
tes, repudiatoque mortali sponso, im-
mortali nubentem Clemens Pont. Max.
ex more *Christiano*, flammeo invol-
vit. Consilium hoc optimum etiam ip-
sis auctoribus fuit. Nam duo egregii il-
li Paranymphe mox Martyres coronam
primi nuptialem abstulerunt: at FLA-
VIA in exilium missa, dura atque aspe-
ra multa perpeffa est. Post cum Theodo-
ram atque Euphrosynam, quæ ad Aure-
lii amores iterum illam abstrahere nite-
bantur, in suam etiam sententiam per-
traxisset, & ipse Aurelius dum choreas
ductaret, subito fato corruens, mortuales
fecisset, quas nuptiales putaverat; ira
ardens hujus germanus Luxarius, edi-
bus,